Et postea postremum tanto timore perculsus secundo die ab
huiusmodi proposito recessi. Cum viderem tam iugiter [illegible] animum meum cum
habere non posse, descendi ergo iterum ad cogitaciones seculares
ne ex imperio deitatis [illegible] aliquid michi genus arrogancie
nasceretur. De obediencia Iohannis discipuli Pauli abbatis

Abbas Iohannes discipulus Pauli magne obediencie fuit.
Habitabat in vico belua in spelunca, vidensque senex circa
locum stercora multa dicit: Iohannes, vade et affer stercora
illa. Respondit: Et quid faciam, abba, propter bestiam? Senex autem
subridens dicit ei: Si venerit contra te, liga illam et adduc
huc. Perrexit ergo illuc vespere et ecce venit belua
super eum. Ille autem secundum verbum senis impetum fecit super
illam ut eam teneret, que fugit, et ille sequebatur eam dicens:
Exspecta, quia abbas meus dixit ut alligem te. Tunc
stetit bestia et tenens alligavit eam, et videns cum abbas
venientem cum belua admiratus est, et volens eum humiliare
eum dicit ei: Insane, canem fatuum adduxisti mihi? Quo audito
solvit illam et dimisit abire in locum suum. Quod Marcus
beluam illuminavit.

Ad sanctum Marcum abbatem belua quedam catulum suum
cecum exhibuit, vestibulo hostium eius capite
percusso, et ad eum foras iacto sedente ipsa procidit ante
pedes eius catulum suum, quem ille tenens et in eius oculos
exspuens oravit dominum pro defectu catuli illius, et continuo
lucem quam amiserat vidit, secumque ipsa mater deduxit.
Sequenti autem die eadem bestia sancto viro pellem ovis
tulit, quam ille sancto Athanasio episcopo destinavit.

Cum beatus Paulus, De obediencia Pauli
cognomento simplex beatum Anthonium adisset

De obediencia valde nota

Nota

bene nobile